



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, 1613

Cap. 10. De visitatione cellarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48543)

abstinere debeant; vt in loca sanctiora redeuntes non malè oleant.

5 Deniq; Magistri partes sunt, Nouitios omnes ad omne domesticum obsequium instruere, & minuta quæq; pacièter, ac perseueranter inculcare: vt si, exempli gratia videat Refectorij, seu mensæ, ministros, aut eos, qui domum euerrūt, scapulari pendente opus illud exequi, moneat, se præcingant, modumq; cingendi doceat. Sic enim tuebitur decorem domus Dei.

Cap. 10. De Visitatione cellarum.

1 **M** Agistri est, Nouitiorum cellas sepe lustrare, vt videat sit ne quid superfluum, aut diminutum, sordidū, aut in compositum, quod ingredientium oculos possit offendere. Vbi multa charitatis, & aliarum virtutum officia erga singulos poterit exercere.

2 Monebit, vt in cellis, tanquàm in Oratorijs agant nihilq; indecens admittant, operimenta lecti componāt, vasa tecta,

& munda, sub lecto abscondant, tunicas exutas donec à ministro repetantur, mundatas, & complicatas sub lecto ita reponant, vt videri non possint.

3. Quia vero, ex incuria, vel alijs ex rationibus fratres, sine Magistri venia in cellis habere solent leuia nonnulla, quae rudes adhuc animos minimè vexant, cum tenuia nondum aestimare nouerint: praecipiet interdum fratribus vniuersis, vt si quae, absq; obedientiae concessu, in cellis habeant, ea in recreationis locum conferant. Factoq; quodam rerum acervo, imprecabitur illi malum; ac res illas, velut anathemata quaedam seponi, ac in loco vno separato afferuari iubebit, donec aliud statuatur. Ritus quippe hic (vt experientia multiplex docuit) energia pollet, ad animos sine fastidio permouendos, & obedientiae cultum perficiendum. Meminerit vero Magister loci ac temporis, ne scilicet vllam poenam inferat ijs, qui sponte res illas contulerunt. Satis enim actu illo execrationis in acervum rerum prohibitarum directae, animi in recreationis loco
 ab. Expletis vero diebus illius
 inter-

interdicti res iã velut purgatas distribu-
etijs, quos magis indigere perspexerit.

*Cap. 11. De fidelitate Magistri et
ga Religionem in Nouitijs pro-
bandis aut reprobandis.*

Postquam Magister Nouitios sedu-
lò, ac perseueranter instruxerit,
per dies octo, antequam de illis ad pro-
fessionem admittendis agatur, Patribus
in Capitulo Conuentus existentibus
nuntiabit, in subsequenti hebdomada
Capitulo de hoc, illove Nouitio agen-
dum esse: vt rem præmeditentur, Deo-
q; commendent; præuicq; consilio, &
oratione suffragia ferant.

2. Quamuis verò Magister, iuxta morẽ
nostrum, Patres ex vno in aliud Capi-
tulũ ter præmonere ac in designato Ca-
pitulo, quid de Nouitio sentiat, veracis-
simè aperire debeat, quarto scilicet, O-
ctauo, ac decimo Nouitiatus mense, vl-
timæ tamen prepositionis & fidæ rela-
tionis actũ ab eo grauius, & accuratius
exerceri debere manifestum est. Tunc
quippe restota vertitur, & summa re-
rum